



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 36. Obitus S. Libentii. Unvan Archiepiscopus Bremensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

Sæculum XI.

§. XXXV.

A.C. 1012.*Sergii IV. obitus. Benedictus VIII. Papa.**Chron. Sax.*

1013.

*Ditm. p. 84.**Pap. conat.*

Henrico Rege Poldenæ in Saxonia Natalem Domini anno millesimo duodecimo celebrante, advenit novus Papa Benedictus VIII. omnibus dignitatis Pontificiæ insignibus fulgens, & coram omnibus lamentabilem in modum exposuit, quod ab inimicis urbe expulsus fuisset. Nempe Sergio IV. eodem anno 1012. decima tertia Julii, postquam in Cathedra Petri sedisset annos duos & novem menses, defuncto, & in Ecclesia S. Joannis in Laterano sepulto, Romani in partes abierant, his cuidam Gregorio adhærentibus, aliis Joannem Episcopum Portuensensem, Gregorii Comitis Tusculanensis filium eligentibus. Vicit vero Joannes, & Papa salutatus Benedictus VIII. appellari voluit. Sacram Sedem deinde annis duodecim tenuit. Tunc vero cum Gregorii factio prævaleret, Benedictus ex urbe fugere, & opem Henrici Regis petere, compulsus fuerat.

Chron. Cass.

l. II. c. 27.

§. XXXVI.

*Obitus S. Libentii. Unvan Archiepiscopus Bremensis.**Sup. lib.*

L.VII. §. 16.

Anno sequente millesimo decimo tertio S. Libentius, seu *Lievezo* Archiepiscopus

pus Bremensis & Hamburgensis obiit, ^{Sæculum XI.}
 postquam diu ægrotasset. Ultima ante ^{A.C. 1013.}
 diem obitus nocte ad circumstantes di- ^{Mabill. Sæc.}
 xit: *Filii mei! discite ex meo exemplo nun- 6. p. 115.
quam de Bonitate Divina diffidere. Do- ^{Ditm. lib. 6.}
*minum Papam Benedictum in exilium pro- p. 80.
*ficiscentem huc secutus sum, quamvis mul- ^{Sup. l. LVI.}
*ti ab illo proposito me dimovere conaren- §. 11.
tur. Huic dum vixit studiosus adbæsi, &
 post ejus obitum Domino meo Adaldago
 servivi, ut potui. Is pauperes suos fidei
 commisit meæ, tum a cubiculis esse jussus
 sum. Huic etiam communi vestra electio-
 ne, & Regis munere, in Episcopatu licet
 indignus successi. Omne, quod invicem
 peccavimus, Christi amore ex corde re-
 mittamus. Hoc autem in extremis salu-
 bre vobis consilium do, ut Ottonem Fra-
 trem vestrum Rectorem nostræ Ecclesiæ
 eligatis, & Deum oretis, ut id Regi pla-
 ceat. Omnes se ejus suasioni morem ge-
 sturos polliciti sunt.****

Decessit e vita altera die, quæ erat
 Dominica, 4ta Januarii, S. Antistes, an-
 no post susceptum Pontificatum vigesi-
 mo quinto. Quo nuncio accepto Hen-
 ricus Rex magnum dolorem ob tanti vi-
 ri jacturam, sed simul se firmam spem
 in defuncti precibus apud Deum ponere
 professus est. Cum vero Otto cum De-
 legatis Ecclesiæ vacantis ad eum venit,
 electionem confirmare recusavit, Archi-

Hist. Eccles. Tom. XIV.

G

epi-

Sæculum XI. episcopatum Hamburgensem contulit
A.C. 1013 *Unvan* Capellano suo, & a Delegatis re-

pugnantibus, ut tandem utcunque consentirent, obtinuit. Tum, arrepta Ottonis manu, aliam gratiam se ei concessurum promisit. Ergo *Unvan* Baculum pastorem tradit, eumque se præsentem a Gerone Archiepiscopo Magdeburgensi, duobus Episcopis assistentibus, ordinari jubet. *Unvan* deinde Pallium a Benedi-

Chron. Sax.
 1013.

Adam. l. II.
 c. 33.

cto VIII. accepit, & Ecclesiæ Hamburgensi atque Bremensi annis sexdecim præfuit, vir nobilissimo genere ortus, dives, & munificus præsertim in Clericos suos, summis infimisque carissimus.

§. XXXVII.

Ecclesia Saxonica afflictæ.

ibid. c. 30.

Ultimis quibus Libentius Archiepiscopus sedit annis Sclavi Saxoniam inferiori extremam calamitatem attulerunt. Nam Ottone III. Imperatore fati functo hi populi favente occasione usi, cum Saxones de Regni Successione rixarentur, excusso jugo arma corripuerunt, se se in libertatem asserturi. Præterea Sclavorum animi sponte aversi Christianorum præfectorum crudelitate pejus accensi sunt. Præfuerat illi regioni Benno Dux

Helmod. lib.
 I. c. 16.

Saxoniam, vir virtutum splendore clarissimus, Ecclesiarum defensor; quo mortuo, succedens filius Bernardus pacem Saxonia,